

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Commentum super Cantica canticorum**

**Gregor <I., Papst>**

**[Basel], 13. März 1496**

Capitulum II

[urn:nbn:de:bsz:31-313445](#)

## super Cantica canticorum Cap. II

**Q**uid per lectulū sponseris nisi oīs quietē intelligimus? Mens em̄ que sponsum suum singulariter amat xp̄m: inquantū potest ab omnibus sollicitudinibus mūdi vacat: virtutes quibus sponso suo placeat: intus accumulat. **N**e dūm omnia que temporalia sunt cōtempnit. Lectū sibi cū spōso in pace victorie facit: vbi quo quietius pausat: eo amplius flores inuenit: quib⁹ se decozā sponso ostendat. **S**equit:  
**L**igna domoy nostrarū cedarina: laquearia cypressina.] **P**er domos plures ecclesias intelligimus: per tigna cedarina predicatores designam⁹: per laquearia cypressina ipos populos figuramus. **T**igna em̄ tectū sustentant: laquearia vero domū implent et ornant. **H**ic in sancta ecclesia predicatores boni scripturā diuinā in corde et ore portant: quā fidelibus expandentes predicātertū dum ecclesia predicatione celesti instruit munimenta accipiunt: quo ab ymbribus temptationū protegant. **C**edrus autē et cypressus imputribilia ligna esse perhibent. **Q**uib⁹ bene omnes electi figurantur: quia dū temporalia nullo desiderio se etant: eterni sunt eo q̄ mente in eterna fiunt. **R**espondet sponsus et dicit:

### Capitulū II A

**E**go flos campi: et lilyum conuallium.]

Bene floe xp̄s se nominat: qui dum spinas peccatorū exterminat: mē tem sponsi et pulchritudine sue iusticie exornat: et naribus cordis dū celeste desideriū applicat: interiora ante quasi odore resocillat. **Q**uia sequit adhuc et dicit:

**H**ic lilyū inter spinas: sic amica mea inter filias.]

Bene sicut lilyū inter spinas: sponsa inter filias est perhibet: quia cū multi sint in ecclesia: qui solis verbis xp̄m cōfident: operibus vero nibilēs humanas sollicitudines sectant: sola illa anima in lilyū dignitatem computat: que dū a mortalitatē

radice ad celestē pulchritudinē assurgit: et inuidie candore corde et corpore subiūpi custodit: et proximos quosq; bone opinio nis odore reficit. **S**ed quia sponsus spon sam suā laude dignā habuit: ipsa iaz ex debito laudari a q̄ se laudari perspicit et dicit

**S**icut malū inter ligna silua rū: et dilectus meus inter filios.

**L**igna silvestria elui hominū abiles fructus non gignit. **M**alus vero quod gignit cōgrue et salubriter homines edūt. **M**erito ergo per malū xp̄s: per silvestria vero ligna ceteri homines figurant: quia in solo xp̄o cibum salutis quoties querimus inuenimus: in eius verbis et exemplis anīas nostras fructu suaui et salubrē reficimus. **I**pse est quippe lignū vite quā nobis tribuit: ipse est qui duz nobis semet ipm inspirat: animā pascit. In ceteris vero si quid refocillatiois inueniamus: non qd illoꝝ: sed quod xp̄i est ab illis sumim⁹ quia quicquid in eis preter deū est mortis seru nobis proculdubio inuenimus.

**S**ub ymbra illius quem deficerabam sedi.]

**U**mbra christi protectio spiritus sancti. **S**piritus quippe sanctus mentem quaz replet obumbrat: quia omnem temptationū feruorē temperat: et dum aura sue inspiratiois suauiter mentē tangit: quiescere noxiis coloris feruebat expellit: et quam iam forsan nimius vicioꝝ estus marcidam fecerat: umbra sancti spiritus protectens recreat: ut dum in eius inspiratione sedens pausat: vires colligat: quibus ad eternā vitam robustius currat. **S**equit:

**E**t fructus eius dulcis gutturi meo.]

**A**rbor quippe fructifera ip̄e xp̄us in corde nostro plantatus per fidē existit. **Q**uā si mens digne et instanter excollit fructus nimis interius pulchros et utiles gignit. **Q**uos dum mens capiens: audie comedit: omnes mūdi voluptates pre eius dulcedine postponit. **D**ulce enim est valde

## Expositio beati Gregorij pape

sibi celestia cogitare: in eternitate oculis  
intimū figere: ut aliquando in flentibus eti  
am mens accensa compungat: ut inter la  
chrymas subleuata: angelorum cibo ipsa vi  
delicet sponsa quāto dulcius: tanto autidi  
us pascat. Inde est qd, sequit.

**E**nterrouit me rex in cel  
lam vinariam; ordinavit in me  
charitatem.]

**Q**uid enim per cellam vinariā congru  
entius: qd ipsam archanam eternitatis co  
templationē accipimus? In hac eternita  
te angeli sancti vino sapientie inebriant  
dum ipm deum facit ad faciem videntes  
omni voluptate spirituali faciantur. Hanc  
sancta mens si a sposo introducat: post  
positis omnibus temporalib⁹ intrat: in  
qua ex illis angelicis delitiis quantū sibi  
concedit gustat. Et qd adhuc si in corpo  
re corruptibili deuinetur: et si perfecte nō  
sanat: tamen ex illo minimo qd cursim su  
mit considerat: quantū debeat amare qd  
amat. Potest tamen per cellā vinariam  
scriptura diuina figurari. Per hāc quip  
pe in spōla charitas ordinat: quia in eius  
doctrina manifeste dicit qualiter deus &  
proximus ordinate diligat. Hac charita  
re percussa sequit⁹ dicit:

**F**ulcite me floribus: stipate  
me malis: quia amore langueo.

**P**er flores teneri quigz incipientes:  
per mala vero perfecti fideles designant  
Sponsa quippe: quia amore languet ful  
ciri se floribus: et stipari malis appetit:  
quia dum se eternitatis desiderat afficit:  
dum qualicer illue perueniat: tota anxie  
tate perquirit. Sed quia peruentione  
dū in carne viuit: omnino nō inuenit: fati  
gata in desiderio suo requecit: et in hoc lo  
lo gaudet: si circa se pspicit: vel qbus ipsa  
xpicit: vel in quoꝝ profecti de solationē  
de languore suo perspicere possit. Quib⁹  
de sposo suo subsequeñter hec dicit.

**H**Leua eius sub capite meo;  
& dextera illi⁹ amplexabit me.]

**P**er leuam sponsi vita presens: per de  
xteram vero vita eterna designatur. Per  
caput autem sponsi mēs que anima p̄in  
cipatur assumitur. Sed leua spōsi sub ca  
pite spōsi esse dicitur: & dextera eius am  
plexatur eam: quia vitā tempozalem sub  
mente sua semper ponit: vitam vero eter  
nam: ut omnimodis amplexetur concipi  
scit. Hec quippe: que videt magnanimi  
ter mente sublimi concilat officiū cele  
stibus se occupat: Hec necessitate tolerat  
ad illa sumo desiderio qd brachio dexte  
ra sponsi astricta suspirat. In que cum ali  
quantulum intrat delectabiliter quiescit:  
cuius quietis dilectione mundanos tu  
multus omnino fastidit. Sic quiescen  
tem vtqz sponsus amplius diligit: & ab  
eius excitatione improbos quosqz repel  
lit: dicens:

**H**Adiuro vos filie hierusalem  
per capreas ceruosqz camporū:  
vt non suscitetis ne qd euigilare  
faciatī dilectā donec ipsa velit.

**C**erui capree mūda animalia in lego eſ  
se perhibentur. Quid ergo per ceruo et  
capreas: nisi fidem: spem: & charitatem  
accipimus. Quas dum nobis mundas  
seruamus: per easdem altos mentes con  
templatiōis ascendimus. Sancta autem  
anima sponsa xp̄i a cunctis mūdi pertur  
batiōibus quiescere appetit: in sinu spon  
si sponpit: terreni & cupiditatibus dormi  
re sancto ocio cōcupiscit. Ita vt etiam ne  
cessaria colloquio aliquando fastidiat: so  
litusqz sponsi collo cutione quanto quietis  
us: tanto serenius bylarescat. Sed hanc  
dormientem carnales qui sunt in ecclesia  
nonnunquam importune excitant: negoti  
is mundi eam implicare desiderant: quia  
eius vitam inutilē existimant: dum ab  
eorum curis eam se abstinentem confide  
rant. Hi tales satio congrue non filii: sed  
filie nominantur: quia dum effeminatos  
mores nutrunt virili dignitate amissas:  
quales interius habeantur: exterius nos  
mine feminco designantur. Di dilectam

super **Cantica** canticorum **Cap.** II

suscitare sub adiurationis pondere prohibentur ne videlicet mente: que ad vacandum deo se accingit: solis spiritualibus studijs inherere concupiscit. impotunis sollicitudinibus inquietentur: et tenbris curarum terrenarum oculum cordis eius obnubilant. Et tamen non ei omnis cura proximi interdicitur: sed quando sufficiari debeat eius voluntati relinquitur: quia profecto omnium perfecte anime discernendum est: et quando celesti contemplationi studeat: et quando proximorum utilitatibus inseruatur. Hanc vacandi deo licentiam libentissime sponsa suscipit: statimque verbum sponsi amplectit et dicit:

**I** **C**ox dilecti mei.]

**A**di si diceret: Hanc vocem dilecti mei sponsi esse recognoscere: hanc ab eius ore semper audire desidero: quia in hoc video quantum me diligat: cum me ab amplexibus eius desiderabilius impediri prohibeat. Ad hos amplexus qualiter peruenierit subito narrat dicens:

**E**cce iste venit saliens in motibus transiliens colles.]

**A**d amplexus sponse sue christus venire disponens: humanitatem nostram dignanter assumpsit: ad quod mysterium peragendum: quasi saliens in montibus venit: quia quedam opera inter homines ostendit: que valde sublimia sunt: et super hominem esse perspiciens: humana genus ammirari potuit: sed attingere nesciuit. **N** enim de virginе natus est: quod vagientem ad adorandum pastores angelus ammonuit: magos stella perduxit. **P**endens in cruce qua hora voluit spiritum emisit: et mortuos tercia die seipsum suscitauit: et celum ingressus spiritus sanctorum quibus sibi placuit: donauit. **H**ec sciens: quasi in motibus ambulauit: quo euz nulla creatura assequi valuit. In his nimirum operibus colles transiliuit: quia sanctos omnes quanticunq[ue] extreuerunt: potentia sue operatiois transcendit. **D**e quo et sequitur.

**S**imilis est dilectus meus capree himnolog⁹ ceruorum.)

**S**imilis capree bene esse dicitur: quia ex synagoga carnem traxit: que per capram ostenditur. Et quia ex antiquorum sanctorum stirpe progenitus est: quasi himnulus ceruorum: recte esse perhibetur. Sequitur.

**M**en ipse stat post parietem nostrum: aspiciens per fenestras propliciens per cancellos.)

**Q**uasi post parietem nostrum xp̄us incarnat⁹ stetit: quia in humanitate assumpta diuinitas latuit. Et quia eius immensitatem si ostenderet: infirmitas humana ferre non posset: carnis obstatulum obiecit: et quicquid magni inter homines operatus est: quasi post parietem latitans fecit. Per fenestras autem et cancellos qui aspicit: partim videtur: partim vero se abscondit. **S**ic et dominus Iesus christus dum et miracula per diuinitatis potentiam fecit: et abiecta per carnis infirmitatem pertulit: quasi per fenestram et cancellos prosperit: quia in alio latens: in alio quis esset apparuit. **I**ncarnatus itaq[ue] eccl[esi]a fuerit uniuersus perfecte anime loquitur: et ad eternam exhortatur patriam dicens:

**S**urge propera columba mea: amica mea: formosa mea: et veni.]

**P**ropter fidem christus sponsam suam amicam vocat. Columbam propter simplicitatem: formosam propter operationem: quia enim sine fide deo placere non possumus: bene per fidem amici vocamur: quia dum fide celestia appetimus: abies eti⁹ terrenis deo adherem⁹. **C**olumba vero bene anima propter simplicitatem dicitur: quia anima devota: dum simplicem dum cordis simplicitate, perscrutatur: ne quaquam mundi ineptam leticiam dissoluta securatur. Sed semper ad eterna festina: columbe gemitu⁹ diligendo imitata.

## Expositio beati Gregorij pape

Dropter operatione anima formosa recte appellat: quia dum preterite vite' peccata per bona opera redimit: quasi antiqua turpitudine assumpta forma meliori ante sponsi oculos abscondit. Hanc itaque horat sponlus: ut surgat et veniat: quia dignus est: ut quicunque ad amorem Christi properat: carnis torpore quantum potest abiiciat: et se ad eternam consequenda celeriter accingat. Sed quia ut ad celestia festinamus per exhibitionem noui testamenti a deo accepimus. Ideo recte sequitur:

**D**am hiems transiit: hymber abiit et recessit: flores apparuerunt in terra nostra.]

**Q**uid per hiemem: nisi legis austritas intelligenda est? Que dum in carnalibus sacrificiis populū antiquū detinuit: ad appetendā spirituali et celestia obseruatorum suos non audiuit. Possumus etiam per hiemem vitaz presentē intelligere: que dum nos assiduis temptationibus impeditis quasi ymbibus importunitis ad sequendum Christum torpore compellit. Sed iam sponsa surgat: quia hiems transiit: quoniaque ratione magis dies ultimus instat: presens vita recedit: et quo amplius tempus ad terminū ducit: eo citius currendum est: ne eleeta anime oblatio sibi muneribus eternis priuet. Transiit enim dicitur: quia in proximo transitu esse non dubitatur. Sequitur.

**F**lores apparuerunt in terra: tempus putationis aduenit.]

**F**lores apparuisse in terra dicuntur: quia sancte anime in celo recipiuntur. Et quia in hac vita qualius hiems fuerit: non torpescunt: mox ut recesserunt in terra viuentium gloriose floruerunt. Bene sequitur cum dicitur:

**T**empus putationis aduenit. Quis quo amplior electorum numerus in celo congregatur: eo celerius reprobi ab ecclesia: tanquam sacramenta inutilia amputantur: ut et mundus citius finiatur. Sequitur.

**C**ox turturis audita est in

terra nostra.]

**Q**uid per turturē: nisi ecclesia? Quid per terram sponsi: nisi vita illa beata desiognatur? Sed vox turturis in terra sponsi auditā esse dicitur: quia dum ex desiderio suo sancta ecclesia deprecatā Christus in celo clementissime audiret. De quo recte subdit.

**S**icut p̄tulit grossos suos.] Quia sancta ecclesia martyres suos ad eternā pacem premisit. Post quos:

**V**inee florentes odorem dederunt.] Quia per vniuersum mundū exempla bonorum operum exercuerunt. Vincet utique flores producunt: cum singule ecclesie animas infideles ad fideli nouitatem per baptismū educunt. Sed flores ipsi odorem proferunt cum credentes anime exempla bona per suauem opinionē sibi inserviant et alijs aspergunt. Sed quia Christus vitro modo exhortatiōis nos trahit: ut videlicet et preceptis nos amoneat: et exemplis sanctorum nos erigit. Idcirco sponsa prius ut surgeret ammonēdocecepsit: et deinde exemplū sanctoꝝ ad cognitionem adduxit: et post exemplū exhibitionē iterum se ad preceptū cōmonitionem cōuertit dicens:

**S**urge amica mea: soror mea: et veni columba mea in foraminibus petre in cauerna mācerie.] Surgit anima cum a peccati perpetratiōe se erigit. Venit cum per bona opera desideriū sancti passib⁹ sanctis ad celestia tendit. Sancta eterni mens cum preterite vite turpitudines perspicit: cum peccata sua enumerata que fecit: mox secū in conscientia erubescit: et quecumque in mundo dilexit: ad odiū sibi transferens fletibus se puniuit: et ipsa penitentia facta robustior ab omnī iniquitatōe etiā exilit: et ab omni torpore negligētē se excutit: ut iā infimis cogitationibus non iaceat: sed ad appetēda iniūsibilita per sancta desideria se extēdat. Nec itaq; mens surgit et venit: quia et a torporis infirmitate per cōpunctionē se erigit: et in

# super Cantica cantorum III Cap. II

sanctis studijs se exercēs: ad eterna pedibus amoris currit. Per foramina autē perte vulnera manū xpī in cruce pendētis libēter intellexerim. Cauernā vero mācie rie vultus lat̄is qd̄ lācea facti est redē sensu dixerim. Et bene colubā in foraminib⁹ petre: et i⁹ cāuerna macerie esse dic̄: quia dum in cruce recordatiōe patiētiam xpī imitāt̄: dum ipa vulnera propter exemplū ad memoriam reducit: quasi colubā in foraminib⁹ petre: sic simplex anima in vulnerib⁹ nutrimenti quo conualescat: innenit. Posſunt tamē per foramini na petre incarnatiōis xpī sacramēta signari: et per cāuernā macerie ipa protectio an gelice custodie figurari. In qua custodia cū anima ponit: bene ei a spōno dicit:

**X** Ostende mihi faciē tuam: sonet vox tua in auribus meis. ] Quid em per faciem: nisi fidem qua a deo cognoscimur: accepim⁹? Et quid per vocē: nisi predicationē intelligimus? Sed precipit spōsus: ut ei sponsa faciē suam ostēdat: quia quicq⁹ se fidem dicit habere: necesse est: ut bonis operibus se exerceat: ut in operibus exteriorib⁹ fides interior innotescat. Sed t⁹ opera: necesse est ut vox predicationis sequat̄: quia quicq⁹ in sanctis operibus perfecte se dilatat: cōsequens est ut ad eandem facienda proximos quosq⁹ exhortetur. Ideo sequitur:

**Y** Olox enim tua dulcis: et facies tua decora. ] Tūc enim et vox placet: et facies decora: qm̄ t⁹ opa predicationis sequitur: et rursum predicatione bona opera comitan̄: huiusmodi predicatoribus consequenter dicitur:

**Z** Capite nobis vultes paruulas: que demolint vineas. ] Per vultes hereticī: per vineas singule ecclēstie designant̄. Sed vultes vineas demolint̄ et: et quia per hereticos ecclēstie a recte fidei viriditate exsiccant̄. Que bene paruula dicunt̄: quia quāuis contra veritatem insit⁹ superbiat̄: exterius in verbis tamen humilitatē per simulationē secrant̄. Que

tūc a sanctis p̄dicatorib⁹ capiuntur: quādo instantē altricatiōe sententijs veritatis cōincunt̄. Predicatores quippe sancti aliquādo canes per similitudinē dicuntur: quia predictatiōibus assiduis quasi la tratibus impotunis aduersarios quosq⁹ a grege ouū arcerē nitunt̄. Iti canes vultes xpī capiunt̄: quia ducem suū dum fideliter diligunt̄: pro eius amore labořatess̄ tergiuersantes hereticos ab inuolutiōib⁹ queſtitū: quasi a tenebris caueis ad lucem veritatis educunt̄. Qualiter vultus demolitio timeat̄: manifestat cū dicit̄:

**aa** *P*am vinea nostra floruit.

Vinea quippe floruit: quia sancta ecclēsia per baptiſtiū filios ad dei nouā conuerſationē perdixit. Quibus timendū est: ne ab hereticis deprauent̄: quia dū quicq⁹ fideles immoritātē christi regenerant̄: quo quicq⁹ tenerior est: eo citius ad puritatē seducit̄. Floribus omnino timendū est ne pereat̄: quia dum adhuc quicq⁹ ad perfectionē per exercitiū diuturnū non conuoluit: facile si a dente venenoso mordeat̄ ab hoc quod nactus fuerat reuaneat̄. Perfecta enī quicq⁹ anta in quo se iam diu exeruit̄: facile nō amittit̄: qui a quo frequētius palato intimo q̄ dulcis sit dominus gustauit̄: eo constantius sponsi rectitudinē tenerit̄: et distorta fastidit̄. Que p̄sequitur conuenienter: et dicit̄:

**bb** *P*ilectus meus mihi et ego illi. ] Ac si diceret: Pilecti mei amicinā constāt̄: teneo: quia eius constāt̄ beni uolentia erga me sentio: quia dū eius familiaritatē benignā habeo: durū est quod ei aduersum inimicos lairates audio: et dum in eius assiduitate qualis sit video: si quid erroris proferūtur aduersarij a veritate q̄ in eius visione cognoui nō recepero. Ne quo bene sequitur:

**cc** *Q*ui pascitur inter lilia: donec aspiret dies: et inclinentur umbra. ] Quid per lilia: nisi māda anime designātur: que dū castitatis candore retinent̄: per bone fame opinionē p̄ximis quibus,

## Expositio beati

## Gregorij pape

et suauiter olen. Inter lilia sponsus ergo pacifc: quia proculdubio animarū castitate delectat: que et in se mundiciā carnis conseruat: et per nitidas cogitationes eorū eo placet: et extra primis quas oportis suauitatem donant. Dies vero aspirabit: et umbra inclinabunt: quando vita eterna apparebit: et presens vita finietur. Hic quippe nos est ibi dies erit: quia hic sit, visione veritatis calligamus: ubi deus ipse tota veritas metibus elucebat. Ad hanc profus diē sancte anime enitunt: ut perueniant propter hanc iusticiā illibatum: in quantū possunt conseruat: et quia sine christo nihil possunt eius auxiliū inuocant: eius familiaritatē desiderant. Quārū dū mētem considerat: prope est benignus et adiuuat: et quo amplius proficit: familiarius semper amat: donec finitis tenebris mundi ad vite eterne lucez perfectas educat. Quā lucem quia valde desiderat: eam cum dūs ad iudicium venerit: vindēda esse putant. Idcirco cū desiderio dicit:

**C**ontra Reuertere: similis esto capree: binnulog: ceruoz super montes bethel.]

**A**n nobis dilectus corporaliter tūc abiit: quando post resurrectionē in celū ascendit. Tunc autē reuerte: quando in fine mīdo resuscitatis corporibus hominū omnib: in iudicio manifestabit. Qui vere similis capree et binnulo ceruoz apparebit: quia in carne nostra veniens ad iudicium omnibus se mōstrabit. Per caprē enim que mundū est animal: ecclēsia designat: que dum in celestib: mēte habitat: quasi in montibus pacifc. Per cernos autē quid aliud: patres antiqui designant: ex quo rū carne xp̄us natus: quasi binnulus ceruoz mīdo est presentatus. Bethel autē domus dei interpretat: que bene ecclēsia det dicit: quod in ea minus habitat dūs per fidem corda nostra mundant. Super mōtes ergo bethel simul capree binnulorum ceruorum apparebit: quia in eadem humanitatis forma ad iudicium veniet: quam

ab ecclēsia sumpsit: quando in hoc mīdo ex patrū progenie: quasi binnulus ex ceras natus fuit. Quevere et similis capree et super montes apparebit: quia ex huma nitaris quidem similitudine ecclēsiae erit: et tandem super ipsos summos: qui quasi montes excellunt: in ecclēsia sublimior eminebit. Qui dum venire moretur: quia eum semper sancta anima perquirere nititur. Ideo sequitur.

B

## Capitulum. III

**I**n lectulo meo per noctes quesui quem diligit anima mea.]

Lectulū sibi sancta anima in nocte facit dum omnes perturbatiōes mundi fugiēt: secretum componat in quo requiescit. In hoc lectulo quem diligit: querit: quia dū ab omnibus sollicitudinib: mundi vacat: in eius inquisitiōe quomodo ad illuz perueniat non quiescit. Notandum est autem: quia per noctes querit: qui modo in hoc mīdo viuit: et perfecte tenebras temporizavit a se non excutit. Quas quo grauiores patitur: eo feruentis queret eum: qui inuenito tenebras amplius non patit. Sed quia quē querit: nunq: perfete in hoc mīdo inuenit. Ideo subiungit.

**B**Quesui illū et nō inueni.]

**C**ula vero maximo desiderio estuat: et quicquid tenet ei non sufficit: donec viles crum inueniat: ideo constantiam inquisitionis subiungit dicens:

**C**ontra Burgam et circuibo per ciuitatem: per vicos et plateas: quem ram quē diligit anima mea.]

**C**uid per ciuitatē in hoc loco nisi ecclēsiam: quid per vicos ciuitatis: nisi spirituales quos accipimus? Qui dum ad celestia toto corde gradūt: angusta via am tenent qua ad vitam perducant. Per plateas autem seculares designant: qui dum voluptates suas multas sequuntur latas vias gradūt. Surgit ergo sponsa